

homo minor est, vt fiat syllogismus in prima figura sic
coziscus homo, homo alter a cozisco, igitur coziscus al-
ter est a seipso, si autem non sic locus transumptus ex-
poneretur, sed vt iacet in membrana scripta accipere-
tur duos syllogismos hic intelligeremus, et vnum illud
exhiberet nobis, scilicet coziscus non hominem, et alius
hoc coziscum alterus a seipso. Dicit autem et vtriusq; mi-
nozem ppositionem. Est et coziscus alter ab homine pro-
positio talis syllogismi. Coziscus alter ab homine, et al-
ter ab homine non homo, igitur coziscus non est homo.
Illud vero. Est enim homo est minor ppositio alterius
syllogismi, est etiam ipse talis coziscus homo, homo alter
a cozisco, igitur coziscus alter ab homine. Simile etiam
bis est exempli deinceps, ppter qd in hoc ambe pposi-
tiones sumptae sunt. Nas si Socrate alter maior est. Hec
autem Socrates homo est minor: et est tale sophisma So-
crates homo, homo alter a Socrate, igitur Socrates al-
ter a Socrate, et illud dicens Socrate alterus ab homine
concessum esse idem est huic alteri a Socrate. Nam So-
crates homo. Adicit autem causas etiam vnde accidit So-
crate alterum esse a seipso. Nam quia accidit (inquit) il-
lum a quo alterum dicit esse hominem esse, quod tales
habet mentem et sententiam. Quoniam (inquit) accidit
huic, scilicet Socratem hominem esse, a quo Socrate
in maiore ppositione alterum esse hominem dicit, vt
delicet vniuersale.

C Propter id autem quod est hoc quidē sim-
pliciter. Illud autem aliquo modo, atq; non
principaliter, quando quidem quod in parte
dicitur, vt simpliciter dictum sumitur.

C Secundus modus hic est sophismati extra dictiones,
sunt autē et ex hoc paralogismi, quādo ea quae aliquali-
ter vs; vniē et simul de aliquo praedicant, tanq; simplici-
ter aliquis, id est seorsum et separata praedicata scripserit,
et e contra. Nam praedicatoz quēcunq; sim accidens de sub-
iectis praedicantur, vt in libro de interpretatione ostēsus
est, ceu de boie album et musicus, hęc nequeunt diuisim
et coniunctum praedicari, quia eidem ambo accidunt, ob
id neq; coziarius erit simpliciter bonus, qz per accidens
bonus de coziario praedicatur. Sed si aliquis vellet praedi-
cationē facere sine errore, substantialiter praedicata de co-
ziario animal bipes accipiat, quae proprie et seorsum praedi-
cata et simul praedicari possunt, sed aliud quidem praedi-
catū seorsum factū potest etiam simul dici, est etiam aliud
praedicatum qd seorsum verē praedicabitur, sed simul falso,
vt de symone. Nam de hoc praedicatur coziarius sim
artem, sed illud bonus sim educationē et deductiones in
mozibus bonis. Nam talis erat ille coziarius qui cum So-
crate nutritus educatusq; non admodū callebat artem
coziaria, sed habitu animi bonus erat. Hęc porro proprie
de hoc praedicata, scilicet coziarius et bonus non possunt
simul de eodem dici. Si enim simul praedicatum fecerim
mus paralogismum faciemus tanq; mentientes. Vt symon
coziarius bonus, bonus coziarius est opifex bono-
rum calceoz, igitur symon bonoz calceozum opifex ar-
tiferq; menā sumus igitur, quia symon erat coziarius
arte et bonus mozibus. Nas simpliciter praedicata de co-
ziario simul praedicata facta deceptiones fecerunt. Rur-
sus proponitur homo mortuus, vbi duplicia feruntur et
de hoc praedicata, aliud homo et aliud mortuus, sed con-
iunctum hęc duo nomina praedicari de proposito homi-
ne sine errore est, sed diuisim minime. Rursum est quae

das alia praedicatio in qua de aliquo praedicantur aliqua
simul verē, sed seorsum falso et rursum de lapidea manu
simul quidem praedicari et lapideam et manum verū est,
sed diuisim nequaquā. Ex praedicatis igitur his sunt pa-
ralogismi qui ob hęc aliquo modo et simpliciter sunt,
tanq; non opus sit factis complicationibus. Neq; enim
omnia simul praedicata et seorsum praedicantur, neq; seorsum
et simul, sed illa et simul et seorsum praedicari possunt
quęcunq; substantialiter praedicantur de aliquo, quae autē
simpliciter dicantur, praedicata seorsum, quae aliquo mo-
do simul, et in libro de interpretatione circa finem tertie
sectionis ostensum est, in quibus inquit. Quare in quot
praedicatis neq; contrarietas inest si orationes pro nomi-
nibus dicitur et per se praedicantur et non in accidens in
bis aliquid et simpliciter erit verū dicere. Nam dicit sim-
pliciter praedicata seorsus, et quid aliquoq; modo ea quae
simul praedicantur, vt symon coziarius est simpliciter. Simi-
liter et symon bonus est, sed aliquo modo qd idem est cū
hoc simul est symon coziarius bonus. Nominat autē ali-
quid vel aliquo modo compositum praedicatum. Quia
etiam est aliquod particulare et omnis cōpositio particu-
laris, et quia compositum praedicatum particularius est si-
gnificatiuū. Nas animal rationale vniuersalius est hoc
animal rationale mortale, vt etiam animal rationale par-
ticularius est qd hoc animal, de hoc aliquo modo igitur
inquit, et simpliciter sunt paralogismi quando est particu-
ulare id est simul dictum, videlicet simul et vniē de ali-
quo subiecto assumptum fuerit vt simpliciter, id est diuisi-
mum dici, vt de Homero dicitur coniunctim esse poeta.
Porro si quis seorsum accipiens ipsum est praedicatus de
Homero et dixerit Homerus est, mentitur. Nam olim
mortuus est, si vero dixerit Homerus quidam poeta est,
verum dixit simul dictum. Si non simpliciter accipit.

C Et si quod non est, opinabile est. Quoniam
quod non est/est. Non enim idem est et esse
quid, et esse simpliciter.

C Talis quaedam est deductio sophismatis de opinabili,
nam dicit sophiste. Nonne tragelaphus non est ens, no-
ne tragelaphus opinabile, igit non ens est. Syllogismus
est in tertia figura, et sophisma ob ipsum aliquo modo et
simpliciter. Non enim si separata tragelaphus et non ens
dicitur et opinabile iam esse concedendus est. Non enim
idem est esse aliquid et simpliciter esse. Et enim vt paulo
ante dixit. Et Homerus est aliqd ceu poeta, sed non sim-
pliciter est, quippe non est modo Homerus.

C Aut rursus, quonia qd est, non est ens, si co-
rum, quae sunt quoniam, non est, vt si non est bō.
Nam non idem est non esse quid, et non esse
simpliciter. Apparet autē, quā per quas ppin-
quam est dictione, et parum differet esse quid
ab eo, quod est esse, et non esse quid ab eo, qd
est non esse. Similiter autem et ppter id, qd
est aliquo modo, et simpliciter, vt si inducā
fit niger albus est dentes. Albus igitur et non
albus est. Aut si ambo aliquo modo, quonia
simul contraria inerunt. Tale autē in quibus-
dā quidem cuiuslibet facile est considerare, vt si
sumens ethiopem nigram esse, dentes dicat,
quonia albus. Si ergo ibi albus, quoniam ni
Alex. Aphro. sup Elen. b 3